Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXX

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

lan pmittat a loco suo ubi est nisi acu
stodibus suis tamen qui eum a solo suo custode
videntur a sacerdote Thoantis qui illud mirabili
genacia magis custodit cui tamen maria ve
ab ipsis custodibus extimatur primo pre
consistit ex ligno. Cuius autem generis ligni
sit in eius nescit possit nec etiam scire qualiter
in sua forma in qua est potuit esse firm
dea non palas cuius beneficio Troianis
dicatur attributum dixit qualiter virtus in
ipso ligno consistat que talis est ut donec si
gnum ipsum sit intus in templo vel intra menia
Civitatis Troiam numquam civitatem ipsam
amittet nec Troiani reges et heredes
eorum. hec enim est spes certissima Troianorum
propter quam secum vivunt in Troia non tim
ces ipsius urbis excidium aut ruinam
huius autem signi nomen pro eo quod a dea Pa
lade creditur esse actum palladium communiter ap
pellatur. Ad hec Dyomedes dixit An
tenori. Amice si ita est de palladio
sicut tu dicis superfluus est penitus la
bor noster. Cum Civitas propter palladium capi
non valeat nec vinci. Antenor respondit
si demorari nimium tua que promissa
vobis non sunt complenitur mandatum. hec est
sola causa que fuit dilatata usque modo. Sed
cum ego hinc usque tractaverim cum sacerdote

custode de palladio nobis dando fuit eius de
quo etiam iam habemus fiduciam per quandam
auri maximam quantitatem a me ipsi sacerdoti
promissa de ipso habendo infallibiliter certum sum quod
per me erit palladium extra menia Civitatis
ad vos illud destinare curabo et tunc perfecto
perficietur in omnibus votum vestrum. Et sic inter eos
fuit pactum consilium dissolutum. Quibus autem
recessum dixit Antenor. Karissimi ne pro
nostro consilio sit suspectum et eius mora oportet
tet me ad priamum regem accedere et ficticie se
dicere ut negotium nostrum ne in suo esse sit latens
quod nobiscum in tractatu et de habenda a nob
certitudine quantitatis quam ab ipso rege et eius
civibus intendimus rehabere et sic mutuo
inter se data licentia ad Regem priamum An
tenor accessit.: liber .xxx. de Captione
et destructione troie de morte Regis Priami
hecubis et filie polixene.

Arse igitur et Dyomede ad eorum castra
reversis Antenor dixit. Regi priamo
ut mandaret omnes cives ad colloquium
convenire. quibus convenientibus. Antenor sene
sui sermonis significat eis tractatum esse
cum grecis quod pro pace firma tenenda cum eis
dentur eis. viginti milia marcharum auri
et totidem de argento et onera centum milia
de frumento propter que ordinatum fuit inter eos

q infra ēcor dieȝ spaciū / pdc̄e q̄ntitates
colligi debent · q̄ hīi · Quib3 hītis i assi
gnacōe eaȝ defirmitate pacis a g̃cis i
uiolabili · obs̃uanda / secutur̃ cautelle
firmit̃ expon̄et / don̄ aut̄ dabat̄ opa p
troianos ad q̄ntitates ip̄as studiose colli
gendas . Antenor ad sac̄dotē Thoanta
paladii q̄ custodē / sb̄ noctis taciturnita
te se ɔtulit / maxiaȝ q̄ntitatē auri in
magno pond̄e secū ferēs / quā obtulit
sac̄doti Thoante / q̄ amb3 existentib3
i secreto ei dixit . Antenor . Ecce q̄ntitas auri
tam maxia / quā dū uis̄ens / tu q̄ heredes
tui / potens semp diuicijs habūdare
accipe tibi eam / q̄ da m̄ paladiū / qd̄
custodis / ut m̄ illud liceat asportare / a
nemīe ei sciri potit / qd̄ a nob̄ duob3
solūmō ɔmittet̄ . Sane si tu inced̄s cun
tare Troianoȝ i fama / sic q̄ ego / pun
ci malem mori / q̄ a troianis ɔt̄ me
posset ipingi me fuisse sib3 huiusmodi
ɔmissi pncipem ul̄ actorē / Pono itaq3 si
feceris illud / stati Vlixi trāsmittē ualde
secrete / penes quē dū p̃tea sciet̄ ēē / soli
Vlixi potit culpa ei ascribi . dicet̄ ei Vli
xem / a teplo paladiū sb̄traxisse / q̄ nos
duo erimus ab oīs i nocēcie crimīe pcit̄
excusati . Thoans uo sac̄dos q̄ i p̄maiori

pte noctis illius uiolent̄ restiterībis An
tenoris . Sȝ demū ait q̄ Antenori de
nocte sb̄traheret̄ liberi recedendi facultas
Thoans illaqueat̄ auri cupidine paladii
sb̄tractōem Antenori sponte ɔsensit qd̄
Antenor stati asportaret a teplo et
stati eadȝ nocte p nunciū suū illd̄ trāsmisit ad g̃cos / qd̄ Vlixi fuit p̄m̄ assi
gnatū . Postea uo fama dictante pu
dam est / q̄ Vlixes illd̄ sagacitate intce
pit a troianis . Sȝ o dij cur q̄ Thoans
sac̄dos elegit auritatē suā pditōe ma
le pric̄ q̄ aux pdere dicū q̄b3 locus tu
tus ēē potit / aut secur̄ sisteris i cōtū
penda cōrupit̄ . Sȝ iā nō est in sac̄dotib3
illud nouū in q̄b3 exarm quo auaricia
maioȝ mat̄ radices suas affixit / q̄ i
glutinosa cupiditas suas medulas . Nul
lū enī scelus pot̄ ēē tam graue q̄ ad
ɔmittendū illd̄ sac̄dotes i fulgōe auri
subitū nō recipiāt ɔcitatē . Sūt eniȝ
auaricie teplu3 / q̄ cupiditatis asillu3 .
Diu troiani nō pmissaȝ q̄ntitatem
auri q̄ argenti ɔfirmata colligeret / q̄ eā
i teplo Mīnerue ponerēt ɔs̃uandam
donec integrū posset hrī . Placuit eis deo
Appolini i teplo ip̄o solepne sacrificiū
celebrare i multitudine maxia occisoȝ.

Nō ingnie in sac
dotib3 Thoantis aua
ricie ac q̄ Symo

Nō duo miracula
magna

Dum autem animalia ipsa super altare fuissent
apposita et immitteretur ignis ad comburen-
dum ea ad sacrificium deputata, duo mira-
cula eos contingerunt. Primum itaque
fuit illud quod ad sacrificium nullo modo po-
tuit ignis accendi, et cum fuisset fere de-
cies accensum, ignis statim extinctus
No. secundum miraculum resolvebatur in fumum. Secundum vero miraculum
fuit illud quod dum interiora animalium ipsorum
ad sacrificium parata essent super altare, quedam
aquila volans ex aere in sue vocis cla-
more descendit et irruens super altare
rapacibus unguibus omnia interiora predicta
substulit ab altari et eas in naves grecorum
adduxit. Troiani autem stupefacti sunt val-
de ad ea que sic eis inde acciderunt.
Et quia omnibus vere patuit per signum primi
miraculi deos esse contra eos ad iracundiam
provocatos. Sed propter miraculo ad si-
Filie Regis Priami gnificationem eorum vero Cassandra consu-
ltum diligenter exposuit que pro signo
dixit eis Apolline indignatum pro eo
quod templum eius per eos in effusione sanguinis
humani extitit violatum, cum in eo fuerit
Verum Cassandre pronosticacio et sortitur effectum interfectus Achilles. Sed expedire propter hec
eos ire ad sepulcrum Achilles et ibi lu-
mine accendere de quo lumine accenderetur in
eorum sacrificio lumen quod nullatenus extin-

gueretur quod et factum est. De hoc vero miraculo Cassa-
ndra Troianis asseruit proditionem Civitatis
apud grecos sine dubio esse tractatam. Sacerdos
vero Calcas de hiis miraculis interrogatus a
grecis, secundum signum dixit esse captionem civita-
tis ab eis tempore valde fore debere. Interea hec
autem Calcas cum Crisis sacerdote persuasit
grecis quod deo Appollini sacrificia eorum offerrent.
quod statim factum est. Post sacrificium vero factum
Sacerdos Crisis in auribus grecorum exercitus con-
suluit in effectu ut faciant fieri in similitudine
equi quedam magnum equum eneum ut in
eo saltem possint mille milites constipari.
qui equus fiet secundum quod ego decerno nam
hec est omnium deorum vera voluntas. Hic autem
equus fiet magisterio et arte Api sapientis
artificis in quo construentur quedam clau-
sure sic artificiose composite quod ab exterio-
ri parte aspicientibus latentium non patebunt per quas
cum locus erit et tempus ab eo exire valeant
predicti milites constipati. Quo facto et equo
ipso perfecto occulte mille militibus intro-
ductis petetis a Rege Priamo ut ipsum
equum in honorem paladis in Civitatem
et in templum suum permittat intrare. Vobis
eam occasionem pretendentibus quod cum quedam
voti vim solvendi vultis ipsum offerre ipsi
dee pro subtractione paladii quam fecistis.

de templo eius. Id consilium autem consultu sacerdotis compulsione ipsius cum magno labore artificum sine intermissione aliqua factus extitit equus iste perfectus tamen completus ultimo anno captionis Ciuitatis. Reges autem qui uenerant apud Troiam in auxilium Regis Troie de quibus supra dictum est. percipientes tamen ille pactum quod Rex priamus cum grecis inierat omnes cum suis recesserunt a Troia. in troia uero puellarum que cum Pantasilee de quibus mille puellis non superant nisi tantummodo quadrigete earum. Excepta Regina que tam diu festina uenit predictis eorum quod ad eorum optatas prouincias peruenerunt. Secundo uero die ut ficticie conditum extitit de pace iuranda in medio castrorum extra muros Ciuitatis secundum ordinatis a grecis. Rex priamus ex Ciuitate egressus in suorum maria continua tamen ipse quod greci iuxta formam sacramenti tenent pacem firmiter iurauerunt. Quod Dyomedes primo iurauit pacem ipsam inuiolabiliter ob hanc sm quod Antenor disposuit inter eos quod greci postea frangerent continuo pacem ipsam dicit se non fuisse periuros pro eo quod cum Antenore prodicionem Ciuitatis compace ficticie tractata tenuerit. quod uerum est. licet in publico dicatur sic quod qui artificiose iurat artificiose periurat. sic enim ut iurauit Dyomedes maiorem

Ex hoc iuramento fuit destructio troie.

grecorum certi iurauerunt. Rex itaque priamus cum omnibus troianis suis deceptus consignatus pacem ipsam non ficticie sed absolute iurauit quibus prestitis iuramentis. Dum Rex priamus pectore putaret iuramenta a grecis facta dolo carere. Helenam grecorum regibus restituit et eis eam in humilibus precibus commendauit ne paterentur quod aliqua forsitan iniuria sibi posset inferri quod greci ficticie letis uultibus annuerunt. Troiano cupientes exequi dolose fraudis eorum insidias. Rogant priamum ut equum eneum quem in honorem paladis se fecisse dicunt ut sit eis propiciacio in recessu in Ciuitate intrare troye intromitti et eum in templo minerue locari ut dea pallas in talis exenii oblacione sedata pro furto paladii in eorum reuersione cum nauibus eorum aduersa absque maris periculis eos salue nauigare permittat. licet ei Rex priamus ad petita nullatenus condixisset Eneas tamen et Antenor faciendum esse dixerunt asserentes quod tale exenium ad Ciuitatis decus perpetuo sit mansurum. Innuit itaque priamus uerum quod Eneas et Antenor dolosis fraudibus consenserunt. Et interim greci promissum auri et argenti a Rege priamo perceperunt continua furtiuam eis pacta eorum deducit ad naues et onerant naues ipsas. brunsi

Restituitur helena grecis pacto iurato inter ipsos grecos et troianos

uero greci conuenientes in unum, cum magno deuo-
cionis affectu, cum eorum processionibus sacerdo-
tum, cum funibus et aliis necessariis trahunt
equum, quousque ad portam ciuitatis educatur.
Non enim porta fuit tante latitudinis spa-
ciosa quod per eam potuisset equus ipse commo-
de introduci. Propter quod necessarium extitit quod ex
muro et porta intermedium demoliri deberet
quantum fieret ad introductionem equi ipsius
latitudinis et altitudinis spaciose. Quo
facto equum ipsum Troiani ciues cum multo
gaudio introducunt, sed non est nouum quod
extrema gaudia luctus occupet. Cum
Troiani ciues et maiores eorum extiterant
in ludis facti circa non equum hunc equum fatum
statuerunt, sed mortem penitus eorum uisceribus
impressissent. Inmiserunt enim greci in predictum
equum quendam nomine Symonem cui greci
claues assignauerant ut oportuno cap-
tato tempore aperiret clausuras constructas in
equo, et quod primum perciperet troianos per eorum
hospicia dormiendo quiescere, ipsis foris
existentibus signum daret in flamma ignis
accensi ut greci ciuitatem commodius possent
intrare et habilius possent morti tradere
dormientes. Eodem uero die insidioso quodam
colore uenerunt ad Priamum, se a tro-
ia uelle recedere et apud Tenedon se primo
conferre, ubi Helenam quidem recipere statue-
runt, timentes si ipsam in Troia reciperent ne
forte tumultus in exercitu grecorum insurgeret contra
eam, ut ipsam exinde morti traderent, non exi-
stente qui posset eam sua deffensione tueri.
Placuerunt igitur Priamo uelud ignaro futu-
rorum uerba grecorum, ea reputans esse uera. Unde grecis
ipsis ascendentibus naues eorum et uelificantibus
a litoris troianorum, Troianis eos uiden-
tibus exinde factis letis. Greci apud Tenedon
applicant paruo ante solis occasum, ibique eis in
multa iocunditate cenantibus, superueniente noc-
tis umbraculo, omnes se armis bellicis mu-
nierunt et ad ciuitatem Troie sese in magno
silencio contulerunt. Symon uero postquam percepit
Troianos iuisse dormitum, egressus ab equo
reseratis clausuris, iam igne accenso, ex
grecis aduenientibus signum dedit. Quibus in conti-
nenti per murum porte discissum ingredienti-
bus ciuitatem et egredientibus militibus qui in
equo extiterant, occupati Troyanos uinolentia
sepultos, qui secure in eorum domibus dormientes nulla
fortitudinis uallacione opponuntur, sic aliqui hosti-
lis insultus secure in eorum hospiciis morabantur,
et per grecos eorum fractis ianuis et undique con-
quassatis greci ascendunt hostiliter domos
ipsas, quosque in eis inueniunt discretione
sexus non habita uel etatis uiolenter occidunt.

Deponentes eorum preciosas dapnas de rapina cum omni preciosiorum eorum ab eis rapiunt et expilent. Sic per totam noctem quousque illuxerit dies illa plusquam viginti milia hominum gladio perierunt. Cantantes ipsius templa crudeli spoliantes. Clamor igitur maximus excrevit undeque in funestis vocibus eiulancium. Et Rex Priamus tam turpido audito clamore statim agnovit se proditum. Ab Anthenore et Enea qui multa lacrimarum copia anxiosus surgit a stratu et induetus vestibus quibus potuit subito quam secretius suis descendit ab aula et in templo Apollinis se recepit quod in palacio suo erat, putans se statim ab hostibus morti tradendum et nullam posse animo spem habere vivendi. Et coram magno altari prostratus accubuit indubitanter mortem expectans. Cassandra vero quasi demens effecta sola fugit et Minerve templum intravit. Ubi suorum omnium excidium graviter lamentatur. Cetere vero Regie mulieres in Regis palacio in multis lacrimis et doloribus remanserunt. Mane autem facto iam lucis diluculo greci sub ductu Anthenoris et Enee publicorum suorum patrie proditorum in magnum ylion venerunt, nulla ibi defensione per troyanos inventa, propter quod universos quos ibi reperiunt morti tradunt. Pirrus vero in predictum Apollinis templum ingressus. Ubi Rex Priamus mortem proximam expectabat, in eum irruit ense nudo et presentibus proditoribus Anthenore et Enea ductoribus ipsius Regem Priamum coram altari nequiter interfecit. Sic quod multa sui effusione cruoris maior pars altaris extitit exinde madefacta. Hecuba vero et eius filia Pollixena se fuge dederunt et quo fugiunt penitus ignorant, eis tamen fugientibus occurrit Eneas cui Hecuba sic dixit in multo furoris ardore: Ha nequam proditor unde a te procedere potuit tante crudelitatis impietas ut Regem Priamum a quo tanta magnalia suscepisti tanto eciam magnificatus honore passus fueris interfici et ad eum ducere quem debuisti tua protectione salvare, prodidisti patriam tuam et urbem in qua natus fuisti, et in qua fuisti tanto tempore gloriosus, ut eius nunquam aspiciat et ei modicam misericordiam non oneras quibus fumat saltem istius misere Pollixene tuus ipsius animus misereri dignetur et neque tuus actus ei parcat ut inter tot mala que fecisti tibi saltem possit ascribi hoc modicum boni egisse, ut eam salvam si potes omnino procures, nam quod in manus grecorum madat qui eam interficiant vel turpiter dehonestent. Ad Hecube igitur verba motus Eneas Pollixenam suscepit et eam incognite secum ducit quam in secreto loco collocavit. Thelamonius vero Aiax de templo Minerve

Marginal notes: xx^m perierunt — Clamor maximus — Filia Regis Priami — Prelatur proditio Anthenoris et Enee qui Regem Priamum prodiderunt — Interficitur Rex Priamus a Pirro presentibus Anthenore et Enea proditoribus ipsius — Verba Hecube Regine troie contra Eneam proditorem suum — Thelamonius Aiax accepit Andromacham et Cassandram et secum ducit utramque.

De incendio tocius ylion.

Andromacam et hectoris uxorem abstrahit.
et Cassandram, et secum ducit utramque. Et
Menelaus helenam abstractam ab aula re-
gis in qua erat tectus abduxit. Et greci in
eorum sevicia persistentes totum ylion ever-
tere funditus studuerunt, et in civitate troie
submissis crebris incendiis eam flammis in
partibus exposuerunt, omnino cremandam, propter quod
tota neptunia troia fumat. Et quibus
magnum palacium comitur et exusta subin-
pierunt in flammis. Exceptis domibus prodic-
torum que signo dato illese ab incendiis
sunt servate. Eversa igitur que tota funditus
Civitate. Rex Agamenon in magno templo
Minerve omnes maiores exercitus statuit
convenire. quibus convenientibus, statim ibidem
Agamenon eos de duobus statim sollicite
requirit. Uno scilicet si servanda sit fides illis
quorum opera gratia sunt facti victores et domini Ci-
vitatis. videlicet Anthenori et Enee. Alio quis
modus sit et forma servanda in dividendis
spoliis diviciis et thesauris ex Civitate
quesitis. Sed grecorum sententia fuit illa ut tro-
ianis videlicet Anthenori et Enee servanda sit
fides per quos gratia facti sunt domini urbis et
omnes opes a Civitate quesite in publicum
veniant distribuende pro meritis singulis uni-
cuique secundum merita et labores. Sed de hela-

Contra helenam fuit Thelamonius aiax ut ipsa morti traderetur.

monius aiax adiecit helenam in Achillonis
morti damnandam per quam tot nobiles grecorum labo-
res pericula et mortes tantis temporibus subierunt
cuius consilio multi ex ipsis regibus adheserunt.
Et Ulixes Agamenon et Menelaus tantum helenam
defendere potuerunt. Cum maior pars Regum
incertum in mortem helene unanimiter convenisset
Verum Rex Ulixes in contraria declinando senten-
ciam inventionis suis sermonibus coordinato modo
loquendi prefatos Reges induxit et eorum mu-
tata sententia in liberacionem helene omnes concordi-
ter consenserunt. Et Agamenon penes Reges
pro se instanter institit et curavit ut sibi Cassa-
ndram Regis priami filiam Reges ipsi in
sui laboris premium concesserunt. Nondum tamen
eorum collegio dissoluto. Anthenor et Eneas
accesserunt ad eos exponentes eisdem qualiter
Andromaca et helenus Regis priami
filius semper dissuaserunt troianis grecorum
scandala et eorum inimicicias sunt detestati
quorum tractatu fuit liberum corpus Achil-
lis et funeratione traditum sepulture quod fe-
cerunt ut pote dignos a custodia libe-
rari. Quod a Regibus liberaliter fuit concessum.
helenus autem pro duobus filiis hectoris et
Andromaca sibi et eisdem ut pote pa-
truus precepit et mater pro filiis reges
ipsos humiliter deprecantur. De liberacione ipsorum.

Verbis ulixis liberatur helena a morte de voluntate Regum.

liberantur cassandra helenus Andromaca et duo filii hectoris

liberantur cassandra filia Regis priami et helenus eius filius ac Andromaca uxor hectoris per Agamenon cum duobus filiis hectoris

quod et reges similiter annuerunt. nec non et
Pirrus qui detinebat eosdem qui simul
post instituit eos morti tradendos. Statue-
runt etiam et constituerunt quod omnes nobiles mulieres
que a mortis laqueis evaserunt libere per-
mittantur abire et standi et eundi liberam
puelle earum habeant facultatem. Disposuerunt
preterea et ipsi a Troia recedere. Sed tanta maris
tempestas invaluit quod non valuerunt per men-
sem integrum navigare et cum nondum tempe-
stas marina quiesceret. Greci super hoc ab An-
tistite Calcante diligenter exponant impedi-
menti causam eorum diligenter exploravit. Ubi ter-
gimus calle cum possibiliter sic per totum quibus
Calcas dixit. hoc eis accidere propter furias in-
fernales pro eo quod nondum est Achillis
anime satisfactum in templo Apollinis interfecti.
Immolandam esse igitur dixit ipsius decreto per quam
mortem subiit que usque remansit inulta.
Pirrus vero diligenter exquirit quid actum de
Polixena sit. que de Achillis nece fuit
causa penitus impulsiva cum constet eam non esse
mortuam neque captam. Hanc omnes vi-
vere communiter asserunt. Et proinde Agamenno
scrutatur ab Anthenore qui ipse negavit se
eam de vita Polixene quibi sit violenter
impigit. Anthenor autem videns se vehemen-
ter ab Agamenone et ab aliis Grecorum

regibus pergravari tanquam iniquus filius
volens omnes proditiones suas finaliter com-
plere interim per dies plures curam adhibuit
et labores quod demum agnovit Polixenam
in presidio cuiusdam veteris turris occulte
latere. Ad quam accedens Anthenor ipsam
tamen per brachia violenter extraxit quam
incontinenti captam Agamenoni presentavit.
Sed Agamenon Pirro statim eam transmisit
qui Pirrus statim in sepulcro sui patris
eam mandavit occidi. Dum igitur Polixenam
ducerent ad victimam convenerunt reges et
cuncte quam vulgus intuitu pulcritudinis
sue forte perdenda absque commissi ab ea
eam cunctis omnes dolent et pie compatiuntur
eidem. Animabus ergo Pirri ipsam velociter
liberassent nisi verbum dicti Calcantis omnem
intercederet ad propria posse redire quia in-
veniente redeundi facultas libera non pateret
eis pariter. Polixena autem Achillis tu-
mulo constituta de morte Achillis se
verbis humilibus plenius excusavit immo
de morte eius dixit nimium doluisse et quod
Grecorum Reges et principes virginem in-
nocentem et iniustam patiuntur sine culpa
perire non quod mortem abhorreat cum eius vita
satis esset sibi durior morte sua ut
tante nobilitatis virgo sue virginitatis

Fine proditionis Anthenoris in persona Polixene.

claustra illicite disrumpi permitteret quod sui pudoris integram puritatem pateretur per manus minus se nobiliter deturpari. Et spoliatoris qui hostili animo Regem priamum suum et inclitos fratres suos crudeliter peremerunt. quare dixit melius sibi succedere in patria sua mori quam periculum inpaupertatis angustiis iuitari ducens anxiose ambire provincias alienas. Leviat igitur mors quam se dixit gratanter admittere. Dum est virgo et virginitatem suam diis omnibus et ipsi morti grata voluntate libare. Ad hec dum tacuit Polixena statim Pirrus coram sui Patris sepulcro cum gladio videnti hecuba matre sua impie polixenam condit cuius corpore perfusum truncato per patris monumentum in multa circumquaque copia virginei sanguinis irrigavit. hecuba vero cum vidit coram se mortificari pollixenam dolore primo sui sensus penitus excutitur memoria facta est furiosa quare in furore suo frementer dissoluta vaga discurrit quoscumque potest mordet more canino et proiectis ab ea lapidibus non istum obruit nec cullum grecos multimode offendendo propter quod facta est nimium grecis infesta. quod ideo eam greci capi fecerunt et mandant in aulide insulam troie vicinam

Mors polixene. Pirro nobilissima et virgo pulcherrima

Mors hecube uxoris Regis priami lapidatione grecorum.

ab omnibus lapidari que ibidem lapidibus obruta diem clausit extremum. Greci vero hecube corpori monumentum arduum quod insigne fieri mandaverunt ubi corpus hecube fuit sepultum. Cuius monumenti fabrica usque in hodiernum diem. loco apparet in quo et nomen quod tunc fuit impositum ipsi loco propter memoriam hecube vocatur est locus infestus quod nomen usque nunc integre continetur omni loco.

Liber xxxi de exilio Enee et de relegatione Anthenoris et de morte Thelamonii Aiacis.

Post Troiane urbis in tanto furore cumulum confacultatum discrimine captiones. Nondum valentibus grecis a troiane cede propter nimiam maris tempestatem recedere Thelamonius aiax coram Agamenone et aliis grecorum principibus et Ulixem querelam exposuit dicens quod cum in distribuendis bonis et facultatibus in troyane civitatis exceptione quesitis debuerit equa forma servari in paladio cum cedendo non fuit equa forma servata cum paladium concessum fuit Ulixi qui toto pacto non fuit dignus, ego eo careo qui multo magis dignus existo cum propter me strenuitatis sudore in modico multociens grecorum exercitum fame nimia laborantem multa satietate repleverim in multarum victualium libertate quem multociens a troyanis qui

Querela Thelamonii contra Ulixem.